



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Sacramentalia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

dos est idoneus confessor sine iurisdictione  
actuali collata, ab Ecclesia, neque est valida  
eius absolutio. cap.6.num.4.

Quocirca Concilium Tridentinum statuit sequens decretum, sess.23.ca.15.

*Quamvis presbyteri in sua ordinative à  
peccatis absoluendi potestatem acceptant, de-  
cernit tamen Sancta Synodus nullum etiam  
gularem, posse confessiones secularium et un  
Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari,  
nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episo-  
pus per examen, si illis videbitur esse necessarium,  
aut altius idoneus iudicetur, & approbatum  
qua gratis detur, obtineat, &c.*

Quilibet simplex Sacerdos potest in articulo mortis absoluere ab omnibus pecca-  
tis, & censuris.c.4.n.3.& ca.26.n.4.& c.27.n.  
277. & in hoc comp. tit. Articulus mortis.  
Imo quilibet simplex Sacerdos potest absolu-  
ere à venialibus, vel à mortalibus; alias non  
confessis: non tamen sine iurisdictione  
actuali: saltem tacite ei collata. capite 4  
num.5.

De reliquis ad quae tenetur Sacerdos ob  
officium, videlicet. Beneficium, Clericus,  
Horæ, Missa, Sacra menta.

S A C R A M E N T A L I A dicuntur ea que  
ad Sacra menta paranda, conficienda, vel co-  
seruanda, sunt instituta.ca.23.num.

In

SACRAMENTVM. 707

In Sacramentalibus etiam viget & valet  
confuetudo, ut in benedictionibus nuptiarum,  
in modo conferendi, & administrandi Ordines,  
Matrimonium, Extremam unctionem,  
extra substantialia. Imo & ex consuetudine  
habetur, quod verba formae Baptismi paulo  
aliter proferantur à Græcis, & aliter à Latini-  
nis.ca.22.nu.68.& 83.

SACRAMENTVM.

PRIMÒ significat Secretum: de quo tit.  
Sigillm, & Secretum: Secundò ius iurā-  
dum, de quo tit. Iuramentum. Tertiò est si-  
gnum rei sacra, & hoc est sacramentum pro-  
ut communiter sumitur.ca.22.num.1.

Septem sunt Sacraenta nouæ legis, quo-  
rum tria nequeunt iterari, Baptismus, Con-  
firmatio, & Ordo: cætera sunt reiterabilia,  
nempe Eucharistia, Pœnitentia, Extrema un-  
ctione, & Matrimonium.num.2.

Quæ autem circa sacramenta Concil.  
Tridub anathemate definiuit, hæc sunt:  
I. Sacraenta nouæ legis sunt septem, & non  
plura, neque pauciora, & quodlibet eorum est  
propriè Sacramentum. II. Differunt à Sacra-  
mentis legis antiquæ tam in ceremoniis quam  
in collatione gratia, hanc enim noua conferunt,  
& illa antiqua non conferebant. III. Inter  
Yy 2 ipsa